



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Τὰ σωζόμενα

Ταῦτα λαμπτάτων
Ποιητῶν

ΓΕΩΡΓΙΚΑ,
ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, &
ΓΝΩΜΙΚΑ.

Venustissimorum Authorum Georgica,
Bucolica, & Gnomica poemata
qua supersunt.

Quorum omnium catalogum, & quid sigillatim ad eorum explicationem hoc istud exinde detur, sequentes paginæ indicant.

Σεκανδρία.
φ' ξ. Δ.

I. C R I S P I N I de hac sua editione
d'istxer.

*Si decus est paucis quam plurima dicere, & apte:
Quidni etiam exiguo claudere multa libro?*



OECONOMICA TOTIUS OPERIS PRAEFATIO
IOANNIS CRISPINI.

PR A V I O R I B V S defessum labo-
ribus quid vetat in amoenos nonum-
quam Poëtarum hortos requiescendi
gratia excurrere? Sanè fuit ea mihi
jam dudum in promouendis (quoad
potui) literarum studiis voluntas, vt quum à gra-
nioribus illis, immò primariis Autoribus edēdis otii
quid superesset, secundariis qui ad humanitatem
pertinent, impēderem. Maximè verò iis qui vici-
niores origini, vt Plato monet in Philebo, minus
attarum sordium habent: qui verbis lectis, aptis
& illustribus idem efficiunt, quod pictores prestat
suis pigmentis candoris ac ruboris, & alijs cuius-
que generis coloribus scitè omnino adhibitis & e-
leganter. Ac quum superioribus annis ab Home-
ro Poëtarum principe cœptum esset, nunc alterum
ab illo, Hesiodum Ascraum illi ὁμόχρονον, Theo-
gnidem quoque & Phocylidem: Theocritum aliós-
que primarios Poëtas, qui ob excellentis & exqui-
sita scriptio[n]is dotes vetustatem ferre potuerunt,
prosequi non injundum duximus ea forma quæ
& domi & foris oblectet, nec impediat circunge-
stantem. Distinximus quidem eos veluti in tres

a. 7.


classes: quorum primam Hesiodi operibus τῶις στοχοφύοις: secundam Theocrito, ac reliquis Eἰσινλαγάφοις: tertiam ipsi Theognidi ceterisque Γραμμόγεοις hac exiguitate dedimus, ut in unum volumen coire omnes possint, quorum seriem subiecta huic Epistolæ tabula demonstrabit.

Quid porrò præstatum sit hac editione? Non est pluribus recensendum: ipsa re cognoscere candidi Lectores: ne aut prolixiori præfatione pericularem horum Poëtarum lectionem remorer, aut venientia terminos nimia commendatione transiliam. Spéro equidem suscepturn hūc laborem, in que eo doctorum virorum præstitam operā atque industriam, studiosis nec inutilem nec ingratam futuram, cùm & Latina versio, quæ de Græcis fideliter expressa est, omnibus è regione cōiuncta detur: tum etiam brevibus ea annotationibus indicata sint quæ necessaria erant, huiusque enchiridioli modulo potissimum conueniebant.

Atque ut ingenuè semper agnouimus à quib⁹ profecimus, præter eos quorū elucubrata studia in hos Poëtas citata extāt, pleraque nobis benignè cōmunicauit D. Portus Cretensis, vir Græcē atque Latinē doctissimus: multa etiā apud B. Marcuardū contulit C. Auberius Triuncurianus, præsertim in iis quæ Simois Rhodio attribuuntur: quæ præterquam quod sunt αγνίγματα arbitratu veteris Authoris efficta, corruptissima erant. Ioannes Pediasimus Theocriti Σύγκλη declaraturus, quantis difficultatibus afficeretur, antè testificatus est his verbis: τὸ δὴ τὸ Θεοκρίτου σύριγχος ἀνιστροπή μὲν δυοῖσιν, διὰ τὸ τέλος τῷ μεταλλέων πύκνασι, καὶ διὰ τὸ ἀκροδηγῶς τῷ μηρμονθόσιν ἴσορμαν ἔχειν, καὶ τὸ ἐπί τὸ σωταξεως: καὶ τεῦτα μὴ καὶ τὸ ἀπίκλω σωτήσαν ἀλλά πτυχα ἔκφυλον ποιλεών εμπειθεῖν ἀστέφειν. Quæ sane præfatio equius de Ouo, Alis, ac Securi, ænigmatis

T O T I V S O P E R I S.

gmaticis Simmiae commentis prædicti usurpari-
que merito possent. Hęc vero brevibus idcirco
non abs re præfamur, vt intelligent studiosi ado-
lescentes, per exiguos quidem dari hos libellos, sed
refertos tanta Poëtarum veterum gaza, tam mul-
tiplici rerum sententiariū que grauitate ac varie-
tate plenos, vt maiora volumina non solum opera-
rum & operis difficultate superent, verum etiam
utilitatem grato compendio his præser-
tim temporibus alioqui pertur-
batissimis) coniunctam
habeant.



P O E T A R V M Q V I T R I-
bus distinctis libris, uno tamen istheodip
comprehenduntur, ca-
talogus.

I.

G E O R G I C A

H E S I O D I A S C R E T I,
O P E R A & D I E S.

Apud veteres ediscebant pueri Hesiódum, cuius
autoritas tanta erat vt ipsius carmina tan-
quam oracula & ἀξιόποστα quædam com-
muni sermone usurparentur.

S C V T V M H E R C V L I S.

Dionysius Longinus Rhetor, in libro de iudiciorum,
quem hoc ipso anno edidimus, videtur ambig-
gere an Aspis sit Hesiodi genuinum opus.

a. iij.

OECONOMIA

Annotationes in *Eργα της Ημέρας*, Philippo Mel.
potissimum, Frisio & Garbitio debentur.

T H E O G O N I A eiusdem Poët. Cui ad-
dita genealogiarum compendiaria descriptio,
nobis à D. Porto Cretensi communicata, pluri-
mum lucis ad fert.

II.

B U C O L I C A.

T H E O C R I T I S Y R A C U S I I
Eidyllia, apta ad Poëticas principia excolēda, quæ
à primis pastorum quietis meditationibus profe-
cta dicuntur. Virgilius à *Pastoribus* exorsus ad
Aratores se transtulit: & ab *Aratoribus* ad *He-
roes*: qui etiam Pastorum requiem in ipso Eclo-
ge i. principio ob oculos posuit,

Tityre tu parva recubans sub tegmine fagi, &c.

V. Winsemius aliique hæc Eidyllia exposuerunt.

S I M M I E R H O D I I,
O V V M. A L A S. S E C V R I M
Restituit suis metris, enodatq; exposuit Auberius.

M O S C H I Syracusii,
B I O N I S Smyrni Eidyllia, ex A. Me-
kerchi, tum ex Ful. Vrsini scriptis audita.

A V S O N I I elegans Eidyllium, Gracis ver-
sibus à Fed. Iamotio redditum.

III.

G N O M I C A.

T H E O G N E D I S Megarēsis vetustissimi
Poëtæ Sentētiæ elegiacæ annotationib⁹ selectis
E. Vineti, I. Hertelii, I. Schegkii, aliorumq; la-
borationibus expolitz.

TO T I V S O P E R I S.

P H O C Y L E D I S poëma admonitorium.
P Y T H A G O R E carmina aureascholiis
V.Amerpachii aliorūq; obseruationib⁹ illustrata.
S O L O N I S sententia quæ supersunt.
T I R T E I varia.
S I M O N I D I S pleraque,
R H I A N I,
N A U M A C H I I,
P A N T A S I D I S,
O R P H E I.
M I M N E R M I,
L I N I,
C A L L I M A C H I,
E V E N I P A R I I,
E R A T O S T H E N I S,
M E N E C R A T I S,
P O S I D I P P I,
M E T R O D O R I,
T I M O C L I S Quorum sententias ple-
rasque multi magni scriptores veluti axiomata
& oracula non sine honoris præfatione citarunt:
Plato (inquam) Aristoteles, Xenophon, Plutar-
chus, Athenœus, Dion, Chrysostomus, Philo Ju-
dœus: ac de Patribus Græcis Clemens Alexan-
drinus, ac Basilius cognomento Magnus.
H O S P O E T A S I N S E
quitur eadem tertia Enchiridii parte.
S E N A R I O R V M Libellus:
continēs aliorum quoque Poëtarum sententias,
quemadmodum ex Indice ad calcem illius ter-
tiaz partis apposito constabit.
A D D I T A sunt eiusdem cum superio-
ribus argumenti nonnulla ex veterum Comico-
rum fragmentis: quorum nomina idem Index
commonstrat.
Fruere his, ô Philomuse, & nostris studiis faue.



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.



Η ΣΙΟΔΟΤ ΤΟΤ ΑΣ-
χράς Εργα κή Ημέρα.

ΤΟΤ ΑΤΤΟΤ.

ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΤΣ.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

*Hesiodi Ascrei Poëta ut vetustissimi, ita pu-
risissimi, opera que supersunt omnia: Latina
versione & brevibus annotationibus iisque
selectiss. exposita.*

THE UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
SERIALS ACQUISITION SECTION



ANNOTATIONES IN Opera Hesiodi, ex doctiss. virorum scriptis collectæ.



¶ **Pag: i. ΗΣΙΟΔΟΤ.]** Super Homeri atque Hesiodi
atate, ait Gellius lib. 3. ca. 11. non consentitur uter na-
tus prior: dubium tamen non est quin aliquo tempore
eodem vixerint. **ΑΣΚΡΑΙΟΤ.]** Sacerdos fuit tē-
pli Musarum in Helicone monte Boeotiae, in Ascre pa-
go ad radicem eius montis. Inde Virgilium, quia hunc
Poëcam è tot Georgicorum scriptoribus imitatus est,
dixit, Ascreumque cano Romana per oppida car-
men. **Εργα καὶ Ήμέραι.]** Non dubium est quin idem
Virg. initio Georgicorum hanc inscriptionem expre-
serit hoc versu, Quid faciat lata segetes: Quo si-
dere terram, &c.

Breviter autem summam rei complectitur hic titulus:
nam per Opera significat agriculturā esse artem que-
non inerti otio, aut alieno sumptu: sed ipsa actione per-
agatur. Per Dies autem inquit suo tempore singula fa-
cienda esse. In priori igitur Operum libro ad laborem
adhortatur agricolam futurum. Obiter etiam alia:
atque alia praecepta de moribus tradit, ad iustitiam
et pietatem colendā, iniusticiam verò et ignorantiam vi-
randam. In secundo autem artem agricultura tra-
dit. Duo ergo agit, primum, ut voluntarium habeat
agricolam: deinde, ut peritum.

¶ **v. 1. Μῆνες.]** Duplicem invocationem ponit prior hac ad
Musas, posterior (v. 8.) ad Iouem diriguntur, ut in Perse
fratre docendo sit auxiliator.

ANNOTAT. IN

- ¶ 3. Οὐ τε διὰ.) Enumerat pias quasdam sententias de Deo. Porro in eis potest intelligi Σέπον, more Attico, ut sit si δι Σέπον, quomodo, cur : q, nonnulli interrogatiue, aliij verò absq; interrogatione intelligunt. Alij non minus commode exponunt, δι ὁν, vel καθ' δι Δια, secundum quem Iouem gubernantur homines. Φατὸς ἐρήμως differunt ut apud Latinos loquor εἰ dico. εἴτε enim φατὸς de quo magna fama est: ρητὸς autem honoratus, εἰ ad certam functionē ἐδignitatem assun-
ptus.
- ¶ 5. Πεῖται μόδι.) Contractio est in voce πεῖα. ut Iliad. p. Virgil. quoque dixit aluaria pro aluearia. Αἴσοπος (scilicet Laertius) quoniam rogaretur quid ageret Deus, respondit, τὰ μόδι ἵψηλὰ ταπεῖοι, τὰ δὲ ταπεῖα μόδι.
- ¶ 9. Κλῦδι.) Invocation ad Iouem. Δίκαιος vocat praece-
pta de moribus.
- ¶ 11. Οὐκ ἀργεῖ.) Duplicem narrat contentionem augen-
da rei familiaris, alteram vituperandam, quoniam per
injuriam ἐσcelitus cumulantur opes: alteram dignam
laude.
- ¶ 15. Οὐπὶς τέλος γε φίλει.) Ostendit non fieri per se, ut
hic contentio tantopere diligatur ab hominib; cùm ta-
men sit noxia: sed per accidens, quia scilicet non possint
discernere à verè expetendum ea que falso boni speciem
præferunt: idq; natura quodā fato. ¶ 20. ἄπολε-
μον, inertem, qui manus nulli operi admouet. παλά-
μην enim ἐμ manū εἰ ipsum opus significat.
- ¶ 24. ἀγαδὴ.) Probat artificium inter se amulationes.
Hos duos versus Plato in Lyside, εἰ Aristot. s. Polit.
εἰ 3. Rhet. εἰ Galenus, ad priorem noxiā contentionem referunt. Plutarchus autem bona illi εἰ salutari
cum Poëta nostro attribuit.
- Pag. 3. Ψ 3 Ω Πίρσον.) Alloquitur fratre, εἰ iam tradidit
doctrinam ad eius emendationem accommodat: cumq;
dehortatur à contentionib. forensibus, quia infeliciter
circa eas versetur cui singulis temporib. sui prouentus

O P E R A H E S I O D.

non adfuerint. *ρενόχαρτος*, epitheton aptissimum
inhonestae contentionis, quia malum gaudet, vel quod ma-
lis ea gaudent. ¶ 6. Ωρη.) absq; aspiratione, pro φρε-
γίσ. alijs legunt ὄρη, i. tempus. ¶ 9. Τύπωνειος.) Con-
cessio ironica: Quando ditatus es, & abundas iam re
familiari, nec animus à malo renocari potest, age per
me licebit litiges quandiu vales. ¶ 14. Ηρωίζατ.)
Caerulias vocat prefectos singularum urbium, quem-
admodum & Homerus.

¶ 16. Νύμοι.) Mediocritatem commendat, & redarguit
indices & gubernatores qui indulgent suis cupiditatibus,
& à vita frugalitate digredimur ad πλούτον Ειαν
injustam: & ostendit primum ipsos ignorare vim &
utilitatem iustitia longè potiorem quam iniustitia &
πλούτος: deinde etiam non considerare quanta sit
commoditas tenuis & frugalis virtus. Intelligit er-
go per ιδεον, medium inter luxum & damnum, quod
est justum, & honestius atque utilius mortis, i. coto, quo
& sua pars retinetur, & alterius ad se pertrahitur.
Plato. 5. Polit & 3. Legum intelligit de mediocritate
in statib. civilibus amplectenda.

¶ 18. Κοίλαιτες γδ εχοτ.) pro ἐξυλεσ, occuluerunt.
Causam huius ignorantia ostendit esse voluntatem Dei,
qui vulnerit abscondi ab intelligentia communi hominum
hanc faciliorem vitam rationem.

¶ 19. Πνεύματα.) Illius prime & melioris vita rationem
commendat, ita ut ostendat in ea seruata posse facile
quemque non admodum industrium vel ynius diei la-
bore efficere quod sufficiat in integrum annum.

¶ 21. Μηδείαι.) Quidā nō pro nauis gubernaculo, sed pro
stīna, stīnamq; pro aratro accipiunt. Solent autē ru-
stici instrumenta lignea super fumosa laquearia collo-
care, ut fumus ea corroboret & indureat.

¶ 23. Ανδρέας.) Longam fabulam recenset de Pando-
ra, qua docet Iouem iratum abdidisse ignem, i. verita-
tem, qua penitus abstrusa est in natura. Sed cū Pro-

methenus ostendisset hominibus recta & honesta, misit Jupiter Pandoram, i. voluptatem, qua multis rebus opus habet, augeiq; quotidie sumptus, & quamvis multis modis ab blandiatur, malorum tamē omnium, membrorumq; causa est. Prometheus autem, i. sapiens aliquis monitor, vel ratio, vetat recipere voluptatem: at Epimetheus, i. sensus non auctor rationi, noxiā voluptatem incavus recipit, sed sc̄o receperisse paenitet. Nonnulli paulò aliter exponunt, ut max patet. Περὶ θεῶν, q. τροποῦ θεοῦ, prospiciens, solers, industrius, enq; nomine secundum quosdam intelligitur vis humani ingenij.

ψ 26. Kpū. 4.) Jupiter abscondit ignem, cuius beneficio ferè omnes artes exercētur. Vel ignem, i. mentis vim solarem, ut simplicius viverent homines.

ψ 28. E'v νόιλα.) Ignē ferulis optimè seruari auctor est Plinius libr. 13. cap. 22. ψ 31. Xalpeis.) Est quādam reprobationē approbatio. Pulchritudine notata per ingenosorum studium, & inconsiderata in successu sūrum conatum lætitia. ψ 34. ἐὸν κακού.) Ea fere est humanarum rerum conditio, ut illa ipsa cupiditates quae omnis generis mala secum trahunt, nos dellectent.

ψ 36. Ήφαιστος.) Recenset iam quomodo Pandora condita sit. M. Garbitius sensum huius fabula sic explicat. Hominem prius habuisse sincerorē & puriorē naturam, simpliciusq; vixisse. Postquā vero lascivitatis ipsius contra voluntatem Dei, sibi vendicari ingenij & cognitionis vim excitatiorem, inde quasi transformatum in aliam naturam & xp̄acōr corporēam, & illam quidem excellentem virtutibus celestibus, sed quibus corporeā sece contaminatis, mens humana & ipsa ex consilio contaminata, varie abutatur ad lasciviam & luxuriam variarum artium & inuentionum: & hoc sub spe & specie boni, & vita melioris: sed quā omnem industriam suam posteriore con-

O P E R A H E S.

fideratione, & enentu stultorum magistro, experiatur contrariam esse suis effectis, solaq; spe reliqua sustentetur in perpetua anxietate animi. Caterum si de voluptate hanc potius libeat intelligere, dicemus Poëtam hic significare non unum esse genus voluptatis.

Pag. 5. ¶ 6. Καὶ πόδον.) Inde fessam cupiditatem superrandi alios: vel (secundum quosdam) desiderium vehemens, ut vehementer ametur. ψυχοεργί, vox apta meditationibus & caris, que ad satietatem usque arredunt & absunt membra: sicut ferè videre est ingenosos, pallidos & extenuatos esse. ¶ 7. Εὐ οἱ δημόποι.) Impudentiam intelligit, quae utriq; interpretations quam attulimus commode applicari potest. Solent enim homines voluptatibus dediti nullam prorsus honestatis rationem habere: itemq; negotiatores, & πλεονάκται varijs artibus & dolis lucrum captare.

¶ 12. Ζωστ.) Hoc potest de bellicis dotib. intelligi.

¶ 13. Αρμφί.) Πλειδὸς dea eloquentia est.

¶ 21. Πλουσίος.) Quidam (ut ante monimus) voluptatem exponunt. Alij variam quandam ingenij & mentis industriad propositam, quam admirantur homines tanquam magnum suum bonum, cum sit iporum malum. Quid mirum est, cum mens humana tādiuinis dotibus sit exornata: sed hoc sit per accidens, ratio naturae. ἀλφησταὶ, intelligit solertes, qui descendunt à simplicitatis rectitudine: & qui curiosi sunt.

¶ 25. - οὐδ' Επιμηθεος.) Mittitur donum ad Epimetheus & recipitur. Nam pars inferior cupiditatum & affectionum, que est iste Epimetheus, id est, vis animi humani inconsiderata & præceps, non obsequitor plerumque parti superiori melioriq; mentis & rationis, que est ψευδομηθεος animi hominis. Ideoq; specie huius boni deceptus, postea noxiom cōperiens, serò recepisse posuit. Rectè ergo Horatius, --nocet empta dolore voluptas.

¶ 31. Νόσφη ἄτερ τι.) Haec duæ particulae quæmis idē
f. 6.

denotent, intendunt tamen h̄ic significationem.

¶ 33. Αἰφα.) κρεότης h̄ic pro malo externo accipitur.
¶ 34. Α' λλα γωνί.) Proverb. γωνιῶν ὀλεθροί. Mis-
luer, id est, appetitua & fæminea affectio, & pub-
licè indulgentia δημαρχοῦ & φυχαρχοῦ, atque
συρφετῶν, unde laxatur disciplina severior. Hanc
deinde sublat a disciplina ταπεῖα operculo Pædora, i.
corporis & animi humani, statim quasi ex antro. Eo-
li venti & impetus affectus, Quā data porta ruūt,
& terras turbine perflant, & nusquam non perma-
dunt, & nihil non moluntur. Quod tamen spes remā-
fit, significat nemini tam desperatis rebus esse quin a-
liquando speret. Ovid. Viuere spe vidi qui mori-
turus erat.

Pag. 7. ¶ 2. οὐρανὸς.) Ratio solius spei in pyxide re-
lata. Magnum certè dei donum spes, quo solo affectus
homines inter tot crumnas sustentantur & aluntur, &
sine cūm condimento omnia non solum fatua, sed etiā
insanissima sunt.

¶ 10. Εἰ δὲ ἴδετε.) Quinque etates iam singit: quo
commento significat naturam & mores subinde de-
teriores fieri, & vicia hominum augeri. Hanc descri-
ptionem etatū omnes ferè Latini Poëta imitati sunt.
εὐκορυφάσω, significat expositionem ordine factam
& integrā, neque tamen prolixam.

¶ 13. Χρύσοι.) Aureum (ut inquit Plato) propter pra-
stantiam naturæ, morum & vita. ¶ 16. ἀστε.) Co-
gnoueras fortasse Poëta aliquid de vita primorum pa-
rentum in paradiſo: & ideo respiciens cō, hac dicit.

¶ 19. εἰ σταλίηστε ἐορταῖς, sacris epulis. ¶ 25. οὐρίουες.)
Hac omnia non multūm discrepant ab iis quæ sacra
scriptura tradit de bonis Angelis.

¶ 30. οὐρανογύ.) Alterum seculum describit per suas
circumstantias, quod Argenteum vocat, & eo describit
priore fuisse ostendit, quo argenteum est vilius auro.

¶ 35. οὐρανομέδεγον, vocat median etatem, que Gracis à n-

OPERA HESIOD.

quā dicitur.

Pag. 9. v. 5. Zōis Kegridōs.) Significat propter impietatis & neglectam religionem mortuos esse: docet q̄ ab id factū ut non converteretur quidē in diuinos spiritus, ut illi priores, sed tamē essent beati, & sub terra degeret.

¶ 10. Zōis 3.) Tertium genus hominum ari comparat, immane, ferox, & omnino Martium. fortasse Gigātes intelligit. ¶ 12. cū μελιαν.) Fingit natos ex arboreis, ut significet durissimē & feritatem animorum, ut pote qui rato impetu ad armorū & bellicorum instrumentorum usum ferebantur.

¶ 13. οὐδὲ τὸ τοτ.) Non frumentum ederunt, sed primi pecudes laniarum, & carne vesci coepérunt, quod antea magnum nefas est creditum.

¶ 26. Αὐρδψιν.) Quartam etatem Heroicam appellat, quando Hercules, Iason, & alijs Argonauta vixerūt, qui Heroes vocati sunt, quid virtute communi hominū natura præstarent: & semidei, vel quid alterotantū parēte deo nati essent, vel quia in natura humana, virtute divina prædicti essent.

¶ 29. ἐπίταπύλω.) Ad differentiā Thebarū Agyptiorū quae dicebantur ingloriorum, & illarū quae dictæ sūt ἐποπλάνων, à mōte sub quo sita sunt in Cilicia.

¶ 30. μήλων.) Id est, propter regnum ac potestiam nam prisci reges pecoribus divitias suas metiebātur. Ercacles & Polynices filij Oedipi, monomachia de regno decertantes ambo mutuis vulneribus conciderunt.

Pag. 11. ¶ 1. Εὐμαργέρον.) De fortunatis insulis vide Plini. libr. 6. cap. 32. & Homeros Odys. 8.

¶ 4. Μνηστ'.) Descriptio postrema & ferrea etatis, qua moribus est pessimis, impijs & depravatisimis, vita que cursu calamitosissimo. vox ὀφελον usurpatur ad verbialiter significatione optandi. & tamen formatur ut verbum, tribus personis. ¶ 13. Οὐχίξειν.) Elegāter hunc locū expressit. Quid. - nec hospes ab hospite tucus, Non socer à genero, fratribus quoque

gratia rara est. ¶ 17. Στῶν ὅμινον οὐ ποέτης ψυχαγόνος, & principem Dei, & hominum in imperio constitutorum: hinc pro gubernatione divina: ex hoc pro metu, reverentia, & cultu. Hinc ergo illi erunt protervi, quia nulla reverentia nec erga Deum, nec parentes prediti sunt. ¶ 18. Γνωρίσθω.) Athenis capitale fuit, οὐ ποέτης non persoluere parentibus.

¶ 19. Χρεογδίνη, i.e. violenti, quibus ius est in manibus, qui neque ius neque leges norunt. ¶ 21. οὐ βέβαιος, substant. pro adiect. ut Latinis scelus pro scelesto.

¶ 25. Ζῆλος.) Iam redit ad primā propositionē de lībus. Posteaquam verò praeclarè affectum inuidiae epithetis suis descriptis, fingit Pudorem & Nemesis deas, reliquissē terras, i.e. nec pudore bonos absterreri amplius à turpitudine, neque improbos metu vindicta. Nemesis enim hic significat iustitiam que vicitur malefacta flagitiosorum. Locus hic vere philosophicus etiā à Platone in Protagora tractatus fuit.

¶ 32. Νῦν δ' αὖτον.) Narrat apogonum quo notat potentiorū mores aduersus inferiores. οὐ τὸ fabulare eiusmodi significat qua figuratè τὸ τέλος κοινεῖται admonitionē seriam & grauē, & ex usu vitæ petitam.

¶ 33. Κανδόδηρα.) per Lusciniām intelligit doctos homines & sapientes. vocat hanc auiculam πονητὴν δηρού, propter soni & vocis varietatem.

Pag. 13. ¶ 2. Δαιμονίν, τῆν δὲ εἰς.) Tyrannica vox, plenè proverbialis, de alterius vita pro libidine statuens.

¶ 4. Αἴφεν.) Epiphonēta seu δημούρον buonis fabula, quod monet non esse reluctandam poterioribus.

¶ 1. Ω Πέρον.) Primum preceptum, quo fratrem ad iustitiam colendam, & iniustitiam vitandam adhortatur. οὐ τοις enim opponit iustitia, quia p iniustitia universali hac vox usurpatar: quamvis tamen sapius accipiat pro insolentia qua comitatur dimitias.

¶ 13. παρθένον.) Proverbialis locutio, quae significat misir-

O P E R A H E S.

- timam esse prudentiam qua ex malis nostris perdis-
citur. ¶ 13. Aut̄ixg.) Commoratur in collatione in-
stiae & iniustiae, ut hominibus metum incutiat ne
contra iustitiam faciant. Per op̄os intelligit omnem
fidei violationem: Per d̄ixḡs orationes, lites iniquas
qua falsò intenduntur per calumnias & fraudes.
- ¶ 14. p̄oθ@.) tractus violentus, qua iniustia ducitur co-
acta, pro fraudibus accusantium, & iudiciorum.
- ¶ H̄ d̄ t̄m̄.) Subintelligendum fortassis καὶ ἡδαιο-
catus, conuenitus, statuta, & alia qua sunt in con-
suetudine civili.
- ¶ Oi ɔ̄ δ̄N.) Eruditissimè insignia iniustiae pramia &
commoda enumerat. Eadem ferè recenset Homerus in
clypeo Achilli.
- ¶ 34. Πολλάκι.) Hæc sententia totidem ferè verbis est in
Ecclesiaste: Sæpe vniuersa ciuitas mali viri pœ-
nam luit. ιταιρε, dicitur lucre peccata.
- Pag. 15. ¶ 4. H̄ r̄p̄y.) Hæc & similia procul dubio
ab Hebreis ex doctrina Mosis & Prophetarum de-
siomptia sunt, apud quos crebra sunt huiusmodi com-
minaciones. ¶ 9. τείσθω.) Emphasis huins vocis si-
gnificat eismodi odio inter se mutuo exasperari ho-
mines, ut potentior impotentiorem planè conterat, &
ad nihilum redigat. ¶ 21. Ταῦτα.) Principes deborta
sunt ab iniustitia, & peculiaribus argumentis, quorum
primus est ¶ 24, Oi d̄v̄t̄, qua sententia mirè cō-
uenit cum ista, Incidit in foueam quam fecit.
Alterum, ¶ 25, à prudentia & animaduersione dimi-
na. Tertium, ¶ 28, ab absurdo, & indignitate rei.
- ¶ 32. Ω Πέρον.) Denuo fratrem ad iniustiam colendam
abhortatur, argumento sumpto à natura hominis.
- Pag. 17. ¶ 8. Σοὶ δὲ.) In sequentibus Poëta laboris &
industria fructus, incomoda verò & opprobria igna-
nia variis argumentis declarat. ¶ 9. ργεότητα.)
h̄c pro malo interno accipitur.
- ¶ 11. Τίς δὲ.) Argumentū à natura virtutis. Ita enim
β. iij.

A N N O T A T . I N

- laborē pponit, ut cōtingat cū virtute & iustitia. Hūc locū imitatus est qui literam Pythagoræ descripsit.
- ¶ 15. Oūtōc.) Tria hominum genera describit. Licius in Fabio & Minutio hanc locum penè ad verbum expressit: Sape ego audiui, milites, cum primū esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit. Secundum eum quā bene momenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse.
- ¶ 26. noθλερις.) Kόδυρος, à κύδω, abscondo, & λέγει, canda, quod aculeum non exerant fuci, vel propter ignorantiam, vel quia non habeant: fucorum enim alijs aculeos habent, alijs non, ut Plato docet.
- ¶ 33. Εργον.) Est occupatio contra fratris & multorum stultam opinionem.
- ¶ 36. Δαιμονι.) Occurrat obiectioni de paupertate. Pag 19. ¶ 3. Αἰδώς.) Occupatio item est, nō esse turpe laborare, prasertim egenti. Citatur hic versus proverbiaster, mendicos debere esse impudētes: verūm hac nentiquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex vercundia. Prodest in loco pudor: obest, si eo ignariam nostram pratexamus. Pudorem ergo inertium imprebat, quos vocat Virg. Degeneres animos.
- ¶ 7. Εἰ δότις.) Duo genera iniuria facit. Sunt qui alienas facultates vi rapiant. Alij per fraudem & per in-
via direscere cupiunt.
- ¶ 12. παῦρος. Malè partū, malè disperit. &, De malè quæsitis non gaudet tertius heres.
- ¶ 13. Ιππος.] Suplicem antiquitus nefas erat non solēre lēdere, sed & ope priuare. Ius etiam hospitiū sacrosanctum habebatur: unde Iuppiter ξενος.
- ¶ 22. Καρδυώ.) Præceptum de cultu divino. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta cremare. Secundus, libare, cùm vinum effunditur. Tertius, sufficuum facere. ¶ 37. Εἰ δότις.] Hoc intelligendum de difficultatibus insuetis & impropositis. ¶ 31. αζερσοι. Sacra mora. Affines autem constantius adstant, & non

O P E R A H E S I O D.

tam prop̄tē. v. 33. τιμής) i. famā, honorē. v. 33. Εὐρ̄ο.) De gratitudine præcipit in refrendo beneficio. μητρεῖας, dimensum accipere, vel mutuū.

Pag. 31. ψ 13. αἰδοντα λιπόν.) sic vocat famem ab effectione, quod nigrum aut luridū colorem inducat.

ψ 18. Ἀρχομέν.) Extrema liberalitatis fugienda monet, ut neque sis prodigus, neque sordidus. Vinum in summo tenuiss est quod sit proximum aē, i: in imo fulgentius est: in medio aut purum. Ergo in medio probatur parsimonia. v. 19. θείην.) Proverbium in eos qui omis̄sis demum occasiōibus incipiunt sapere.

v. 21. Καὶ τέ.) Non temere ulli fidendum monet, ita ut etiam cum fratre iocans, testem adhibeas. Vel, secundum quosdam, ut etiam cum fratre cuncte agas, fide quādā interposita, non aperte quidē, sed quasi per iocū, sene offensione fratris, & aliqua diffidēcia tua indicazione. v. 23. πυρσόλαθρ.) De meretrice intelligit, qua immodeq; elegancia cultus sit dedita.

v. 31. Σοὶ δέ.) Conclusio generalis: vel ἀγοραῖ ad doctrinam sequentis libri.

I N I I. L I B R U M.

Pag. 23. v. 1. Πληιάδων.) Hic secundus liber continet precepta de agricultura & administrazione res familiaris. Hoc autem loco primām per ortum & occasum Pleiadum ostendit tempus messis & arationis, tam pro locis maritimis, quam à mari remotis. Sunt autē Pleiades, & stellæ in sergo Tauri, Latini Vergilius vocant. Syderum autē ortū & occasionē trib. modis aduertit agricola. Quod Solis orienti cooritur, coecidit q̄, noximāc oriri vel cadere dicitur. Quod Solis occidenti, χερικῶς. Quod autem Solis aduentū, abitu vel occultiatur aut emergit, ηλιακῶς. Quando igitur Pleiades manē ante Solis ortum conspicuntur, quod sit mense Iunio, messem inchoari vult. Quando autē manē sub terram descendunt (quod sit mense Novembre), arationis tempus adesse dicit.

¶ 3. Αἰ δὲ.) Occultantur 40. dies & noctes propter vicinitatem solis, Taurum & Geminorum peragrantis: est à Maio usq; ad Iunium. ¶ 4. πεπλοφόρη.) Epith. anni, à πέλμασι, i.e. ex isto: vel à πολίᾳ, verbo: vel à πεπλοφόρῃ. ¶ 7. ἀγναντα.) Palustrem terram significat. ¶ 9. γυμνός.) vult ut hos labores perficiat matutinè & ante senectem hysmus, atq; solicite & festinanter, ad egestatem & eius molestias vitandas.

¶ 21. ρεύματα.) Alij fortasse melius ρόμη legunt, id est, ratio vel series verborum ad persuadendum apposita: nemulū etiam de modulis & cantu mendicorum intellegunt. ¶ 24. Κτητική.) famulā intelligit irre acquisitā: Aristoteles tamē iustio Oeconomici sui ad uxore refert. ¶ 28. ἔτνη φύη.) ab ēn, i.e. postremus dies mensis. Pag. 25. ¶ 5. Σείξεις.) Stella est in ore canis maioris, ad latum Austris, vicina Leonis, dicta quod nimio calore exiccat & debilitet vires humanas.

¶ 7. πλεῖστον.) Vbi sol accesserit Scorpium, Canicula manū aliquantis per ante solem, ortu Heliaco, conspicitur: orto autem sole statim labitur sub terram.

¶ 11. Per ὄλυμπον τερπόντες quidam intelligunt mortarium trium pedum, quo veteres usi sunt pro mola.

¶ 14. σενγόδωρος.) à σενγόν, i.e. palma, quod munerum datus σενγόν appellatur: id autem geritur per palmam manus. ¶ 18. Ηλιών.) Sic vocat Cererem quod ipsa Athenienses, adeoq; omnes homines de frugibus docueris. ¶ 21. Αὐτόγενος.) aratum quod habet dentale solidum & ad natum, non affixum: vel, quod non sit planè elaboratum, sed usq; ad dentale. ¶ 30. ιχτίοβλαψμα.) Octo mortuum, à βλαψμάς mortuus, ita tamen ut unum frustum habeat binos mortuos. Sernum intelligit robustum, qui integrum panem in 4. partes dissumum absunat in cena: vel cuius opus sit pane cuius quadrantes octonis bolis seu partibus constent.

¶ 31. Οὐς καὶ.) Ecatis quā in seruo requirit gationes addit admodum graues, sentiēt, multum sciam esse in matu-

O P E R A H . E S .

ritate etatis. ¶ 34. θματος οὖν,) q. superseminatio, qua usurpari solet cùm prius sementis non est ritò peracta. ¶ 36. Φεγίαδης.) Tēpus arandi indicat per clangorem graum auolantium, idq; (ut Poëta singunt) in Agyptum, ubi belligerantur cum Fygmaiis.

Pag. 27. ¶ 5. Ρ' ηιδον.) Occupatione negligentiam & inscitiam rusticorum taxat, qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem sunt intenti. Respōdet ergo eadem opera posse aliquem petere & negare.

¶ 10. Εὐτ' αἱ.) Docet diligentiam qua est adhibenda in aratione. Addit (¶ 12.) signa & circumstātias, qualis terra sit aranda, secca scilicet & humida, i. non lutesca, & tamen madefacta. ¶ 14. Εἰαρι.) Modus & ratio arandi traditur. Pingue solum solet quater arari. Qui verò tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio: secunda fit mense Iunio, qua est iteratio: tertia, cùm ante sementem aratur, qua est tertiacio. ¶ 15. Νειόν.) Concedendū est sumum interuallū terra, quo interquiescat, ut deinde copiosum fructum ferat. Et autem Nonale, ager qui alternis annis feritur. καφίζονται, id est, recens arata, adhuc elevatam. ¶ 16. ἀλεξάρην.) pellets execrationem. Solent enim agriculta maledicere quando fructus ex sententia non proueniunt. Δυκαλάτεροι, liberos exhibarans, ut pote quibus suppeditet copiosum victum.

¶ 19. Αρχόντης.) Quomodo sit arandum. ιχέτην, stika, quia auris ήχοται ο ἀργήτης, quod eā manu teneat agrator. ¶ 21. Εἰδρυον.) Hoc loco lignum est quod est proximum temori. ¶ 27. Εὐδήλ.) quia scilicet omnia sepulchra & vasa repleta sint. ¶ 28. Αρθύρων.) cum inquisitione & delectu capientem. ¶ 31. Εἰδήλ.) improbat hanc arationem dilatam ad solstitium hybernū.

¶ 32. Ηρόδος.) ab culmorum breuitatem scilicet & paucitatem. Singula verba significanter hic ponuntur ad declarandum tristam eventum tarda arationis.

¶ 35. Κλαύτος.) Αἰδυστοφορχι, & misigatio praecepti de tar-

ANNOTAT. IN

da cratione, q̄ tēpestates varia sunt. p̄ voluntate Iomis.
Pag. 29. v̄ 2. H̄μΩ.) Pulchra Veris descriptio est.

v̄ 9. Πάρ d̄l.) Pr̄teri interpretandum, non accede.
Monet enim diligenciam agricolam ne vel tempus
hybernus, more vulgi, ociosis & inanibus confabula-
tionibus transfigat, sed tum etiā rem familiarem pro-
mouere studeat. Per χαλκον θώκον intelligit officinas
ferrariae, in quas antiquitus in Gracia pauperiores &
ociosi solebant conuenire ad collocutiones frivolas, sicut
apud Romanos in conſtrinis. Pro ἐπ' ἀλίᾳ, ut con-
ſtituit versus, quidam legunt, ἐπ' ἀλίᾳ, nentro genere, in
locis calidis, ab ἀλιός. Λίγαι quondam dicebantur
conuenticula Philosophorum: deinde quia inter ipſos
plurimique de rebus leuiſſimis agitabantur, factum est
ut mendicorum conuentus etiam hoc nomine vocaren-
tur: atque inde etiam ipſe nuga λίγαι dicta sunt.

v̄ 13. λεπτή j.] Aristot. i. ſect. Probl scribit fame diu-
tina laborantibus pedes intumescere. Superiores autē
partes eadem ratione extenuantur & macrificantur.
Huc alludit Poëta cùm iubet canere, ne pedem tume-
factum tenui manus demulcere oporteat. v̄ 14. Πολ-
λὰ.] Verisimum est Columella dictum, Homines
nihil agendo, male agere discunt. v̄ 20. Μιωα.]
Hyemis tēpus, & mensē Boreali frigore granissimū
copioſe & eleganter describit. Ανατολ, mensis Ianua-
ris est. Lenæa enim Bacchi feria & Pythia sub id
tempus agebantur, cùm vini primitias libabant. Bé-
ddeḡ vocat frigora, qua adurant & excoriant etiam
ipſos homines. v̄ 23. Ος τε.) Naturā vim, effectus Bo-
rea & prolixē declarat. v̄ 34. Σεχαλὸν.] inclinatum,
contrallatum vel, properantem in incessu, quamlibet a-
lioqui tardum. v̄ 36. Ητο δύμον.] Curam virginū
in honestioribus familijs expensis, que domi aſſerua-
bantur, nec in publicum prodibant.

Pag. 31. v̄ 4. δέ ἀρόσιΩ.] Polypi haec natura est, recte
Plin. lib. 9. c. 19. ut fame laborans fibi pedes arrodat,

OPERA HESIOD.

quo maxima hyemis sanitia notatur: & quia vehementer frigore luditur, latet plurimum in antro suo. Vocat hanc speciem Polyporum ἔργετον, quod cartilaginem pro spina habeat. ¶ 7. Αλλ' ὅτι.] Sol turn cum est in Sagittario, diuina versatur apud Aethiopas, qui sunt meridionales, quam apud Gracos. ¶ 13. γλαφυ:] pro γλαφυρῷ. τεί ποδὶ βερτῷ, homini seni, gerio iam pedi, nempe bacillo, innisenti. Vide proverb. Boeotica enigmata. ¶ 17. Χλαιῖται.] χτωιάτερior vestis erat supra quam nebantur pallio.

¶ 18. ποβηγ.] pro ποχέσσα. ¶ 21. ἵψι κτεμφύσσο.] quē fuit difficile prosternere: vel qui fuit robustus cum pro sternetur. ¶ 25. Τῆται.] ad pluviam propulsandā, ut àλειν sit ab ἀλθεόδαι. Quare expungenda erit illa interpretatio qua habet ἀλίνιο, seporum. ¶ 29. Αὔρ πυρφόρ.] Vapor ex terra in nubibus repercussus & in aquā resolutus, decidit: humectat aut aer sata & arua.

Pag. 33. ¶ 1. μής γδ.] Repetit admonitionem de visitando hoc tempore Iannario, cuius difficultates haecenus descripsit. ¶ 3. ΤῆμΘ..] Bobus dimidiā partem pabuli detrahēdam, viro vero aliquid addendū: in noctem scilicet. Nam Graci homines tantum cœriabant, & largius quidem. ¶ 4. δυφέρων.] Sic ve- cane Poëta noctem, ὅπερ τὸ δύ φροτεν ἥμερος εἰ αὐλή: vel, διὰ τὸ δυφράνεν τὸ σῶμα διὰ τὸ ἀναπαύσως.

¶ 10. ΚρκτέρΘ.] Stella est sub zona Bootæ: oritur vespere initio veris. ¶ 12. Πανδοτοίς.) Hirundinē intelligit: respicit autem ad fabulā de Trogne & Philomela, Pandionis filiabus. ¶ 13. Εἰς φάΘ.; Poëta videtur in ea opinione esse ut putet hirūdines hyemo latcre quasi mortuas in suis nidis. Alij putant eas annulare in regimes tepidiores. ¶ 15. Αλλ' ὄποτ'.) Messis tempus describit. Per ep̄siones intelligit testudinem, quod domum suam circunferat. Alij aliud animalculum intelligent, quod pro vitando Solis astre solebat ascendere plantas & virgulas.

ANNOT. IN

- ψ 18. Φδησ.) Prohibet tempore messis somnum ad multam lucem protrahere.
- ψ 33. Βιζλινθ.) Biblinum vinum dicitur à Biblia regione Thracia, ubi nobilissima vina sunt.
- ψ 36. αἰδοντα.) vinum rubrum pinguis est, & magis ali, tenacior, est, & faciliter penetrat.
- Pag. 35. ψ 4. Τετις ὑδατο.) Graci nunquam merum bibere solebant. Athenaeus hanc diluvendi vini consuetudinem fuisse dicit, ut ad duos vini cyathos, quinque aqua adderent: nonnunquam ad quartuor vini cyathos, duos aquas. ψ 6. θύτ' αὐ.) Id incidit in mensura Augustum. ψ 8. Μίρης.) Monet mensurandas esse fruges, ut sciat agricola quantum ex agro redeat.
- ψ 12. Χερχαργόδοντα.) à sono factum videtur. Sunt a canes aspermissimis dentibus, cornuum firmissime tenentes semel in fauces recepta.
- ψ 13. ιμαργόνοι.) furem intelligit. ψ 14. ουρφατ.) Intelligit non tantum paleas, sed & folia vitium, quæ cum tum vero herbas, aliaq. id genus qua pecoribus in hyeme possint esse non incommode pabulum.
- ψ 16. γωνιάτα.) usitatum est Poëtis usurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, & robore.
- ψ 17. Εὔτ' αὐ.) Tempus vindemia describit.
- ψ 20. Δεῖξα.) Hoc intelligent nonnulli de quadam certa vini preparatione, in qua rationem faciendi vias passas complexus sit. Alij generale præceptum esse putant de modo vindemiandi pro temporibus & locis illis optimo. ψ 26. Εἰ δὲ στ.) De navigatione præcepta quædam subiicit. Fuit enim illis familiare, denchere fruges & merces. ψ 34. Χειρυγγον] clavum significat quo foramen in nauis carina obstruitur, quo amoto naues in succum tractæ aquam in sentina collectam cimitunt.
- Pag. 37. ψ 5. Ωὐραφ.) Exemplum patrio sui proponit, quæ dicit ex patria profugisse non propter inuidiam ex opibus conflatam, sed propter paupertatem.

O P E R A H E S.

¶ 1. Néosato.) Describit nunc patriam suam Poëta.

¶ 15. Nn' δλ.) Mediocritatem tuiorem esse dicit.

¶ 21. Oūtē II.) Remonet à se reprobensionem ob imperi-
-tiam. H̄sc videmus σοφίεν primò usurpatum fuisse
cum laude, pro docere, & tradere aliquid eruditiss
præ alijs. ¶ 26. Αμφιδάματος.) Amphidamas rex
Eubœa in bello aduersus Erythraos occisus fuit: in cu-
-sis obitum filij eius certamina edixerunt. Apparet
sanè Hesiodum Homero posteriorem ferè centum an-
-nis fuisse: prouinde cum eo in hoc certamine non certauit.

¶ 35. Ηματα.) Tempus navigationis commodissimum
tradit, astinum scilicet.

Pag. 39. ¶ 5. Ε' τοῖς.) Proverbialis est hic versiculos &
valde pius, quo admonemur, quidquid nobis aduer-
sum aut prosperum accidit, Deo ascribendū esse.

¶ 6. Δυσερίας αὐγές vocat faciles & leues flatus, ve-
sionis Etesii & similes placidi. ¶ 14. Α' ΜΩΘ.) Ver-
nam navigationē describit, quā ipse quidem non pro-
bat, ut periculosa, sed qua tamen est usitata homi-
nibus ob cupiditatem pecunia. ¶ 30. Μίθα.) Epi-
phonemate generalis concludit modum esse sternādum.

¶ 31. Σ' εγκιώ.) Tradit tempus coniugie matrum in
mare & famella. ¶ 34. Τέτοπ.) Pollux quatuordecim
exponit. Plato & Aristot. constituent puerū decimū
octauum annum nubendi.

Pag. 41. ¶ 4. Δειπνολόγιο.) quæ confectionibus clām
indulget, & quæ paſtim adit convivia.

¶ 5. Α' ΤΕΤΡΑΛΟΓΙΑ.) ſuite face, id est, clām, etiam si foris ni-
bil apparet. Et crudam ſenectutem, tempeſtivam &
matram vocat.

¶ 6. Ε' Δ' Ι') De religione præcipit. om̄is, in Deo significat
infestationem & gubernationem rerum, iustamq, indi-
gnationem contra impios. In homine autem respectum
ad Dei metum & reverentiam.

¶ 7. Μηδ.') Preceptum plenum humanitatis, nullam
amicitiam præponendam esse sanguinis coniunctioni.

¶ 12. Δις τότε.) Inbet offensionem amici duplice vindicta pensare, idq; tò ut agnoscat delictum: Et tunc, si in gratiam redire velit, benignè recipiendum docet. Alij sic intelligunt, ac si in genere diceret nullum peccatum impiatum relinqui. ¶ 14. οὐ δ.). Tu vites omnia qua in amicis improbantur, nec prodas animū tuum minus quam conueniat integrum. Vel, videne vultus tuus praesē ferat similitatem, sed ex animo cūcias omnem pristinarum iniuriarum memoriam.

¶ 15. Μηδέ πολυξ.). Utraque extremliberalitatis fugienda monet. Et autem hīc intelligenda prisca illa hospititalitas, qua erat sacrosancta.

¶ 22 συναθροίσθ.] morosus, id est, nō sis difficilis accessionis & collationis. ¶ 27. Μηδὲ ἀντί). Nō esse mendum contra solem. Vel allegorice, contra magnos & honestos viros nihil proterue & irreuerenter agendum. ¶ 31. Εὔροφθ.). Turci etiamnum hodie religiosum est ut sedentes mingant, & ingens flagitium designari credunt si quis in publico cacaret aut minoreret. ¶ 33. Μηδὲ αἰδία.] A congressu uxori ne sacra accedas.

¶ 35. Μηδὲ δοτό.] Ab hilariore coniunctio, non à tristisribus sacru accedendum ad uxorem docet.

Pag. 43. v. 6. Μηδὲ δοτὸ μετόχ.). Ungues non esse precidendos in coniunctio, praesertim solenni. πέπλος. vocat manum, quod quīq; digitus tanquam ramis constet.

¶ 8. Μηδὲ μοῖσιορχ.). Duplex potest esse sensus. Vel, ut prohibeat paruum poculum supra craterem magnum collocari, ut ita potantibus inde baurixē liceat quantum velint: vel, ut ne velut paruum poculum pro cratere apponere, atq; ita prohibeat parsimoniam in compositionibus. Locus est satius obscurus.

¶ 10. Μηδέ δόξ.). Spartam quam natus es ornata. In quounque genere verseris, in illud incumbe, & in ea persuera. ¶ 11. κορόνη.) Fama sinistra & malægna potest intelligi. λακέρυζα, pro καλέρυζα.

O P E R A H E S I O D.

- V. 12. Μνδ' ἀρ.) Pium praecepum. Ex ollis mundis
sacrificatis, & illibatis non capiendū esse cibum. Qui-
dam per χυτοδας à ventri pīxitas intelligunt ollas
jūra focum stantes, ex quibus cibi nondum rite pa-
tinis infusi, mensis impositi, atque consecrati sunt.
- V. 14. Μνδ' ἀν' ἀνε.) Prohibet liberorum collocatiōē
super sepulchra & morticina, (quæ vocat ἀκίντη, q
non moueantur, vel non sunt mouenda,) quod priscis in-
faustum videbatur. Vel allegoricè prohibet ignorantiam
ocium & delicias in prole duodecim annorum.
- V. 21. Μνδ' αὐτ'.) Hi recte in fontes immingere di-
cuntur qui sacram doctrinam commaculant.
- V. 24. σφύλι.) Boni nominis præcipuum curam ha-
bendam esse vult, quia (versu 25.) nulla fama prorsus
euaneat tanquam inanis, & non omnino de nihilo sit
quod vulgo fertur: fama enim vim quandam diuinam
etiam inesse. Ex hoc loco desumpta Virgilius descri-
ptionem famæ, 4. Eneid. Fama malum, &c.

Annotationes in Dies, habes in calce huius
voluminis post tabulam Theogonie.

In Hesiodi librum cui titulus ἡρα καὶ μήραι.

Ησίδη ποτὲ βίσλον ἐμοῖς ταῦτα χρεῖαν εἰλέσθω,
Πυρρίου ἔξαπτε εἰδον επρχομόνια.
Βίσλον ὃ ποτὲ δηλιγεῖ γλυκὸν χρεῖαν, ταῦτα εἴβοντα,
Εἴρα τῷ μοι παρίχει ὅ γεγεν Ησίδη;



HESIODI ASCRÆI OPERA ET DIES.



V S A ex-Pieria carminibus celebrantes,
Agite, Iouem dicite vestrum patrem laudantes,
Quomodo mortales homines sunt pariter obscuri^q, clari^q,
Nobiles, ignobiles^q. Iouis magni voluntate:

Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit:
Facile præclarum minuit, & obscurum adauget,
Facileq; corrigit incurium, & superbū desiccat.
Iuppiter altitonans, qui supremas domos incolit.
Audi intuēs & auscultās, & pro iustitia tua dirige iura
Tu. Ego verò Persæ fratri vera dicam.

Non sanè unū erat cōtentioñum genus, sed super terrā
Sunt duo. unum quidem probauerit cordatus:
Alterū est vituperabile: in diversa animū distrahit.
Nā haec cōtentio bellū exitiosum, & discordā auget,
Noxia: nullus hāc amat mortalīs, sed necessariō
Immortalium consiliis litem colant molestam.
Alteram verò, priorem genuit nox obscura,
Posuit. v. ipsam Saturnius altiugns, in ethere habitans,
Terra in radicib; , & quidem hominib; lōgē meliore:
Hac & quātumuis inertem, tamen ad opus excitat.
In alterum n. quispiam intuens ociosus
Divitem, qui festinat avare, atque plantare,
Domumq; recte administrare, amulatur vicinū vicinos,
Ad diuinias festināt, bona. & hāc cōtentio hominib;



Η ΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΛΕΚΡΑΙΟΥ ἄργα καὶ ἱμέραν.



ΟΥ ΣΑΙ Πιερίδης ἀστήσος
κλείσουσα,
Δύτι δὲ στόπη σφέτερος πα-
τέρ' ὑμείουσα.
Οι τε διαβερτιὶ διδρος ὄμως ἔ-
φατοι τε φατοί τε,
Ριτοὶ τὸ ἄρρυτοὶ τε, μὴς μηδέλοιο
ἔκπτον.

Ρεῖα μὲν περ βελάει, ρέα δὲ βελάοντα χαλέπει.
Ρεῖα δὲ ἀρέζηλον μηδέν, καὶ ἀδηλον ἀξεῖ.
Ρεῖα δὲ τὸν ιδύνει σκολιὸν καὶ ἀγλώσσον κάρφον
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατος μέμναται ταῖς.
Κλῦντε οἰδῶν ἀταν τε δίκη μὲν ιδύν, θέμιστας
Τινὴν ἐγὼ δὲ το Πέρον ἐντίμα μέθοπαιγνιών.

Οὐκ ἄρει μωῶν ἔνιοις ἔριδαι γένοθα, ἀλλ' ὅποι γένεται
Εἰσιν δύσα. τών μὲν περιέπονται τούσας,
Ηδὲ ὅπισσα μητη· διὸ δὲ διδοῖχα δυμὸν ἔχεστη.
Η μὲν γδὲ πολεμόν τε κακὸν καὶ μῆρει ὄφιλη,
Σχετλίνη τοις τώντοι φιλεῖ βρετος, ἀλλ' οὐδὲ αἰάγκης
Λαθαράτων βουλῆσιν ἔρει τημῶσι βαρεῖσι.
Τίνει δὲ επίλει, φερτεῖ, λει μὲν εὐτίνατο τὸν διερεβατή,
Θῆκε δὲ μνη Κρεονίδης ἵψιζυρες αἴθερει ταῖς
Ταῖς τὸν ρίζησι καὶ αἱδράσι πολλὸν ἀμείγω.
Η τε καὶ ἀπάλαμπον πέρι ὄμως ὅποι εργοι εὐλίρει.
Εἰς ἔπειρον γδὲ τοις τοιούτοιο χαπίζων
Πλάστον, ὃς απεύθυνε μὲν ἀρρόμησται ἵδε φυτόνειν,
Οἴκοντ' δὲ θέματα. ζηλοῖ δὲ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφεσον απεύθυντο. ἀγαθοὶ δὲ τοις ἵδε οὐρανοῖσι.

*Et filius figulo succenset, & fabro faber:
Et mendicus mendico inuidet, cantorq; cantori.*

*O Persa, tu verè hac tuo reponere in animo, (cas,
Neq; malis gaudens contentio animū tuū ab opere abdu-
Lites spectantem, forique auscultatorem existentem.*

*Cura namque parua est litiumque forique,
Cui non sit vixus domi annuis repositus,
Tempestiuus, quem terra fert, Cereru munus.*

*Quo satiatu, lites ac rixam moueas
De faciliorib. alieni. Tibi verè nō amplius erit iterum
Sic faciendum. Sed rursus discernamus litem
Rectis iudiciis, qua ex Ione sunt optima.*

*Nā nuper quidē patrimonium diuisimus: aliaque multa
Rapiens ferebas, valde demulcens reges
Dominoros, qui hanc litem voluerunt indicasse.*

*Stulti neq; sciant, quanto plus dimidium sit toto,
Neq; quam magnion in malua & asphodelo bonum.
Occultatum enim habent dī victum hominibus:
Facile enim aliquis vel uno die tantum operatus esces
Ut in annum quoque satis haberet, ociosus etiam:
Statimque temonem quidem super fumum poneres,
Opera verè boum cessarent, mulorūmque laboriosorum.
Sed Iupiter abscondit, iratus mente sua,
Quia ipsum decepit Prometheus versutus.*

*Qaocirca hominibus paravit tristia mala. (pmer
Abscondit vero ignem. quem rursus quidē bonus Iapeti
Surripuit ad hominum usum, Ione à consulto,
In causa ferula, clam Ione fulminibus gaudente.
Hincque indignatus affans est nubicoga Iupiter:*

*Iapetionide, omnium maximè versute,
Gaudes ignem furatus? quodque animū meū deceperis?
Id tibi que ipsi magnum erit malum, & posteris.
Ipsis namque pro igni dabo malum. quo omnes
Se oblectent animo, suum malum amplectentes.*

*Sic ait, risitque pater hominūmque deūmque.
Vulcanum verè insignem issit, quam celerrimè*

Καὶ καρποὶ καρποῖ ποτέν, κὐ τέκτον τέκτων,
Καὶ πλαχὸς πλαχῷ φύσιει, κὐ ἀοιδὴς ἀοιδῶ.

Ω Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα ταῦτα συκάφτεις θυμῷ.
Μηδέ σ' ἔρεις κακόχαρτος ἀπ' ἕργου θυμὸν ἐρύκει
Νείκει ὅππιθίοντ', αὐγερῆς ἐπακινούντος τα.
Ωρὶς δέ τ' ὄλιγη πέλατει τεκέων τ' ἀγερέων τε
Ω πιν μὴ βίσσον ἔνδον ἐπιτακός κατάκινται
Ωρᾶς Θ., τὸν γαῖα φέρεις Δικιάτερ Θ. ἀκτίω·
